FRANCKESCHE STIFTUNGEN

Alte Drucke

# EX P. TE=||RENTII COMOEDI=||IS, LATINISSIMAE || COLLOQVIORVM FOR-||MVLAE, ORDINE || SELECTAE.|| VNA CVM EIVS=||DEM POETAE IN=||SIGNIORIBVS ...

## Terentius Afer, Publius

## Bautzen, 1561

## VD16 ZV 19478

EX PHORMIONE. PROLOGO.

**Nutzungsbedingungen**
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

**Terms of use**
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149822

Visual Library

*Antiquam tuam uenuſtatem obtines.* 17
*Tu morem antiquum, atq; ingenium obtines.* 19
*Harum rerum num quid dixiſti iam patri?* 24
*Spero hanc rem euenturam nobis ex ſententia.* 31
*Quid iſthuc eſt quod uos agitis?* 33
*Neſcis quantum hodie profueris mihi.* 35
*Neſcis ex quanta ærumna me extraxeris.* 35
*Non hoc imprudens feci.* 36
*Ego iſthuc ſatis ſcio.* 36
*Equidem plus hodie boni feci imprudens, quàm ſciens ante hunc diem unquam.* 39

# EX PHORMIONE. PROLOGO.

*Sibi reſponſum hoc habeat.* 17
*Nunc quid nelim animum attendite.* 24
*Adeſte æquo animo per ſilentium.* 30
*Simili utamur fortuna atq; uſi ſumus.* 31

## ACTV PRIMO.
### Scena prima.

*Neſcis quo in metu & quanto in periculo* (ſim. 7
*Scies, modo ut ut tacere poßis.* 9
*Senem per epiſtolas pellexit, montes auri pollicens.* 17

Sic eſt ingenium. 20
Prouintiam cœpiſti duram. 22
Mihi uſu uenit. 23
Cœpi aduerſari primo. 25
Venere in mentem iſthæc mihi. 27
Hanc amare cœpit perditè. 32
Seruiebat lenoni impuriſsimo. 33
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere. 35
Obſecrat ut ſibi faciat eius copiam. 62
Quid ſit deniq;? 71
Illum Dij omnes perdant. 73
Quid is fecit? 74
Erit mihi bonum atq; commodum. 81
Horum nihil refelles. 82
Mihi paratæ lites. 83
Perſuaſit homini. 85
Iſthuc uiri eſt officium. 89
In te omnis ſpes eſt mihi. 89
Omitte quæſo hunc. 91
Quid rei gerit? 95
Non multum habet quod det fortaſſe. 95
Imò nihil, niſi ſpem meram. 96
Senem quoad expectatis ueſtrum? 97
Non certum ſcio. 98
Puer heus, nemon huc prodit. 102

SCENA TERTIA.

Expecto quàm mox ueniat. 9
Tu conijcito cætera. 14
Sine ſumptu ingenuam, liberalem, nactus es. 16
Habes ita ut uoluiſti. 17
Tu mihi nunc uidere fortunatus. 21
Tibi de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid uelis. 22
Ego in eum incidi infelix locum, ut neq; mihi ſit amittendi, nec retinendi copia. 24

SCENA QVARTA.

Nullus es, niſi aliquid iam tibi conſilium celere reperis. 1
Non poteſt celari noſtra diutius iam audacia. 4
Quidnam ille commotus uenit? 6
Quid adhuc mali eſt? 7
Quam hic fugam, aut furtum parat? 14
Neſcio quod magnum hoc nuncio expecto malum. 16
Domum pergam. 17 Reuocemus hominem. 17
Sta ilico. 18
Cedo quid portas obſecro, atq; ſi id potes uerbo expedi. 20 Eloquere. 21
Quod ego huic ſubito exitio remedium inueniam miſer? 24
Si eò me fortunæ redeunt, abs te ut diſtrahar, Nulla eſt mihi uita expetenda. 25
Hæc cum ita ſint, tanto magis te aduigilare æquum eſt. 26

Non

Non ſum apud me. 28
Si te ſenſerit timidum eſſe, arbitrabitur commeruiſſe culpam. 30
Quid faceres, ſi aliquid grauius tibi nunc faciendum foret. 31
Cum hoc non poſſum, illud minus poſſem. 32
Quid conterimus operam fruſtra? 33
Satin ſic eſt. 35
Quid ſi ſic? 35
Iſthuc ſerua, & uerbum uerbo, par pari ut reſpondeas. 36
Ne te iratus ſuis dictis protelet. 37
Tene. 38
Non poſſum adeſſe. 40
Tu quod faciam impera. 47

## ACTV SECVNDO.
### Scena prima.

ITA ne tandem uxorem duxit iniuſſu meo. 1
O facinus audax. 3
Quam cauſam reperient? 4
Præter ſpem mihi obtigit. 9
Ita ſum irritatus, animum ut neqeam ad cogitandum inſtituere. 10
Incredibile eſt quanto illum ante eo ſapientia. 17
Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda. 18

Opus ruri faciendum. 20
Nihil accidet animo nouum. 20
Quid ceſſas hominem adire & blandè in principio loqui. 22
Phædriam uideo mihi ire obuiam. 23
Mi patrue ſalue. 24
Satin omnia ex ſententia.? 26
An id ſuccenſes nunc illi? 29
O artificem probum. 29
Ego ne illi non ſuccenſeam? 30
Ipſum geſtio dari mihi in conſpectum. 33
Nihil fecit quod ſuccenſeas. 33
Hic in noxia eſt. 36
Illi ad defendendam cauſam adeſt. 36
Cum ille abeſt, hic præſto eſt. 37
Tradunt operas mutuas. 37
Probè eorum facta depinxit. 38
Quod meritus eſt, ferat. 42
Malitia fretus ſua. 43
Noſtra ne ea culpa eſt? 45
Ni noſſem cauſam, crederem hunc uera loqui. 48
Ad iudices uentum eſt. 52
Non potuit cogitata proloqui. 53
Timidum obſtupeſcit pudor. 54
Ceſſo adire ſenem. 55
Here ſalue. 56
Saluum te aduenisse gaudeo. 56

## ACTV SECVNDO.

Salue columen familiæ. 57
Quid me in hac re facere uoluiſti tibi? 61
Nihil eſt dictu facilius. 70
Dixiſti pulchrè. 72
Non ſic futurum eſt. 73

## SCENA SECVNDA.

Ad te ſumma rerum redit. 3
Tu impuliſti. 6
Sic opinor. 6
Iam inſtructa ſunt mihi conſilia omnia. 7
Factum eſt periculum. 12
Sapiunt mea quidem ſententia. 21
Non poteſt ſatis pro merito tibi referri gratia. 25
Te ne aſymbolum uenire? 25
Ille cura & ſumptu abſumitur. 26
Prior bibas. Prior decumbas. 26
Quid iſthuc uerbi eſt? 29
Vide quid agas. 32

## SCENA TERTIA.

Proh Deum immortalium fidem. 4
Ipſum eſſe opinor de quo agebam. 8
O audatiam, 13
Me ultro accuſatum aduenit. 13
Adoleſcenti nihil eſt quod ſuccenſeam. 14
Ruri fere ſe continebat. 16

Abi in malam crucem. 21
Pergin abſenti male loqui impuriſsime? 25
Primum abs te hæc bona uenia expeto. 31
Redige in memoriam. 39
Tentatum aduenis. 41
Non te horum pudet? 45
Dij tibi maleſaciant. 47
Mihi facta iniuria eſt. 60
Num iniquum poſtulo? 64
An ne hoc quidem adipiſcar ego, quod ius publicum eſt? 65
Haud deſinam, donec perfecero hoc. 71
Ipſum prohibeo domo. 78
Sedulo diſsimulat. 82
Benè habent tibi principia. 83
Amici inter nos ſimus. 84
Ego ne tuam expetam amicitiam? 84
Ego ne te uiſum, aut auditum uelim? 85
Habebis quæ tuam ſenectutem oblectet. 86
Reſpice ætatem tuam. 87
Satis iam uerborum eſt. 89

## SCENA QVARTA.

Quanta me cura & ſollicitudine afficit? 1
Mihi in conſpectum prodit. 3
Saltem ſciam, quid de hac re dicat. 3
Videtis quo in loco res ſiet. 6

Quæ

Quæ in rem tuam ſint, ea uelim facias. 9
Id impetrabis. 12
Deliberandum cenſeo. 17
Res magna eſt. 18
Nunquid non uis? 18
Feciſti probè 18
Incertior ſum multo quàm dudum. 19
Frater eſt expectandus mihi. 20
Quod mihi de hac re dederit conſilium, id exequar. 21
Percontatum ibo. 22
Ipſum uideo in tempore ſe huc recipere. 24

## ACTV TERTIO.

### Scena prima.

MVltis modis es uituperandus. 1
Illi conſuleres, ne quid pateretur mali. 4
Eius ſpes opesq; ſunt in te uno omnes ſitæ. 6
Iamdudum te abſentem incuſamus. 7
Loquere obſecro, quonam in loco ſunt res & fortunæ meæ? 9
Nunquid patri ſubolet? 10
Quid ſpei eſt? 10
Haud ceſſaui pro te eniti. 11
Nihil fecit noui. 11
Hac re (ut in alijs) hominem ſtrenuum præbuit. 12
Quid is fecit? 13

Confutauit uerbis admodum iratum patrem. 13
Sic habent principia ſeſe. 15
Adhuc tranquilla res eſt. 15
A ſua palæſtra exit foras, 20

## SCENA SECVNDA.

Audi obſecro. 1
Quin omitte me. 1
Tædet iam audire eadem millies. 2
At nunc dicam quod libenter audias. 3
Loquere, audio. 3
Quò nunc abis? 4
Nequeo te exorare, ut maneas triduum hoc. 4
Mirabar ſi tu mihi quicquam adferres noui. 5
Metuo ne quid ſuo ſuat capiti. 6
Non mihi credis? 7
Ariolare. 7
Fabulæ. 7
Gaudebis facto. 9
Somnium. 9
Experiere. 10
Adeon ingenio te eſſe duro atq; inexorabile, ut neq; miſericordia, neq; precibus molliri queas. 12
Adeon te eſſe incogitantem atque impudentem, ut phaleratis dictis ducas me? 15
Hei ueris uincor. 16
Quàm uterq; eſt ſimilis ſui? 16

Quid

Quid iſthuc autem eſt? 18
Quàm indignum facinus. 26
Nequeo exorare ut cum illo mutet fidem. 27
Obtundis. 30
Vera iſthæc ſunt. 32
Dij tibi omnes quod eſt dignum dent. 34
Si ſatis commemini, tibi quidem olim eſt dies præſtituta. 38
Num ego iſthuc nego? 39
Non pudet uanitatis? 40
Itáne tandem facere oportet? 43
Siccine hunc decipis? 43
Imò enim uero hic me decepit. 42
Is me fefellit. 45
Ego iſti nihilo ſum aliter ac fui. 45
Mea lege utar. 48

SCENA TERTIA

Scio equidem hoc eſſe æquum. 6
Solus ſeruare hunc potes. 6
Sane hercle pulchre ſuades. 9
Etiam tu hinc abis? 9
Quid? ego uobis alienus ſum? 12
Dij bene uertant quod agis. 19
Vide ſi quid opis potes afferre huic. 20
Quantum opus eſt tibi argenti? loquere. 24
Aufer te hinc. 27

Opus eſt mihi Phormionem ad hanc rem adiuto=
rem dari. 28
Præſto eſt audaciſsime. 29
Oneris quiduis impone. 29
Eamus ad eum ocyus. 30
Abi, dic, præſto ut ſit domi. 31
Nunquid eſt quod opera mea uobis opus ſit. 33
Nihil æque quod faciam lubens. 35
Qua uia iſthuc facies? 36
Te hinc amoue. 36

## ACTV QVARTO.

### Scena prima.

QVa profectus cauſa hinc eſt Lemnum? 1
Quid illic quæſo tam diu cõmorabere? 6
Me detinuit morbus. 8
Veniſſe eas ſaluas, audiui ex nauta, qui illas uexe=
rat. 10
Dicendum ordine eſt. 14
Te mihi fidelem eſſe, æque atque egomet ſum mihi
ſcibam. 15
Si ſpreuerit me, pluſquam opus eſt ſcito, ſciet. 18
Vereor ne uxor hoc reſciſcat mea. 19
Scio ita eſſe. 22
Iſthæc mihi res ſolicitudini eſt. 22

### SCENA SECVNDA.

Ego hominem callidiorem uidi neminem, 1

Vix

Vix dum dimidium dixeram intellexerat. 4
Dijs agebat gratias. 6
Hominem ad forum iuſsi operiri. 8
Sed quid pertimui belua? 11
Hunc adoriar. 25

SCENA TERTIA.

Expecto quam mox recipiat huc ſeſe. 2
Venire ſaluum uolupe eſt. 5
Inueni (opinor) remedium huic rei. 11
Viſum eſt mihi ut eius tentarem ſententiam. 14
Prehendo hominem ſolum. 15
Inter uos hæc potius cum bona componantur gra-
tia. 16
Herus liberalis eſt & fugitans litium. 17
Quid hic cœptat? 21
Iam id exploratum eſt. 23
Sudabis ſatis, ſi cum illo incœptas homine, ea elo-
quentia eſt. 23
Non capitis eius res agitur ſed pecuniæ. 26
Dic quid uelis dari tibi in manum? 28
His deſiſtat litibus. 29
Hæc hinc faceſſat. 30
Tu moleſtus ne ſis. 30
Satin illi Dij ſunt propitij. 31
Si aliquam partem æqui boniq; dixeris (ut ille eſt
bonus uir) tria non commutabitis uerba ho-
die inter uos. 32

Quis te iſthæc iußit loqui? 34
Non potui melius peruenire eo quo nos uolumus, 36
Perge loqui, 36
Cedò quid poſtulat? 37
Vt nihil pudet? 39
Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias, hæc deniq; fuit eius poſtrema oratio, 43
Mihi ueniebat in mentem eius incommodum, 47
Ager oppoſitus eſt pignori, 56
Pluſcula ſuppelle ctili opus eſt, 60
Opus eſt ſumptu ad nuptias, 61
Impuratus me ille ut etiam irrideat? 64
Occidiſti me tuis fallatijs, 67
Quantum potes me certiorem fac, 69
Quæ illi res uortat malè 73

SCENA QVARTA.

Quid egiſti? 1
Emunxi argento ſenes, 1
Aliud mihi reſpondes ac rogo, 3
Opera tua ad reſtim quidem mihi res redijt planißimè, 4
Vt te quidem omnes Dij Deæq;, ſuperi, inferi, malis exemplis perdant, 6
Si quid uelis, huic mandes, quod quidem rectè curatum uelis, 7
Iniecta eſt ſpes patri poſſe illam extrudi, 11

Vxor ducenda eſt domum. 13

Tu id quod boni eſt excerpis, dicis quod mali eſt. 18

Spacium apparandis nuptijs dabitur paululum. 21

Spacium ſacrificandi dabitur paululum. 21

Per impluuium decidit de tegulis. 27

Vetuit aliquid noui negotij incipere. 29

Cauſa eſt iuſtißima, 30

SCENA QVINTA.

Quietus eſto. 1

Ego curabo ne quid uerborum dent. 1

Hoc temerè nunquam amittam à me, quin mihi teſtes adhibeam. 2

Vt cautus eſt, ubi nihil opus eſt. 3

Ita opus facto eſt. 4

Quid tua (malum) id refert? Magni. 11

## ACTV QVINTO.

Scena prima.

VNde nunc mihi auxilium petam? 2

Vereor ne ob meum ſuaſum iniuria afficiatur. 3

Vt egeſtas me impulit. 9

Ne animus fallit, aut parum oculi proſpiciunt. 8

Nihil eſt quod uerear. 11

Ea eſt ipſa. 11

Reſpice ad me. 13

Concede hinc à foribus, paululum iſthorſum. 14
Ne me iſthoc poſthac nomine appellaueris. 15
Eho dic mihi quid tibi rei eſt cum familia hac? 21
Malè factum. 24
Virginem nuptum locaui huic adoleſcenti. 25
Duas ne is uxores habet? 27
Compoſito factum eſt. 29
Nunc quid facto eſt opus, uide. 35
Eum animo iniquo ferre aiunt. 36
Per Deos atq; homines caue reſciſcat quiſq̃. 37
Nemo ex me ſcibit. 38
Sequere me, cætera intus audies. 38

## SCENA SECVNDA.

Nonne id ſat erat? 3
Nonne ſat erat ab illo accipere iniuriam. 3
Etiam bugentum eſt ultro abiectum. 4
Aliquid flagitij conficiat. 5
Etiam ne id dubium eſt? 9
Ita faciam ut frater cenſuit. 11
Prouiſum eſt ne hinc abeat. 14

## SCENA TERTIA.

Factum uolo. 4
Bene parata indiligenter tutatur. 5
Nollem datum. 13
Ecquid locutus cum iſta es? 15
Tranſegi. 16

Quid ait tandem? 16
Vterq; alteri eſt cordi. 17
Quid iſthuc noſtra? 17
Quid? deliras? 17
Non temere dico. 19
Redi mecum in memoriam. 19
Vide ne in cognatam pecces. 20
Ne nega. 20
Nunquam me hodie concedes mihi? 22
Ita me ſeruet Iuppiter. 24
Aut ſcire aut neſcire hoc uolo. 26
Ita ne paruam mihi fidem eſſe apud te? 27
Vin me credere? 27
Vin ſatis quæſitum mihi iſthuc eſſe? 28
O Iuppiter, Dij nos reſpiciunt. 34
Quo pacto id potuit? 35
Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus. 35
Ne filij noſtri quidem hoc reſciſcant uolo. 36

SCENA QVARTA.

Lætus ſum (ut me res ſeſe habent) fratri obtigiſſe quod uult. 1
Cura ſeſe expediuit. 4
Ego nullo poſſum remedio me exoluere ex his turbis. 5
Non me domum reciperem, ni mihi eſſet ſpes oſtēſa. 7

SCENA QVINTA.

Nunc unà res reſtat mihi, quæ etiam conficienda. 3
Viciſſim partes tuas acturus eſt. 7
Te ſuam rogauit ut ageres cauſam. 8
Potaturus eſt apud me. 9
Vide quis egrediatur. 12

SCENA SEXTA.

Hominem propero inuenire. 5
Num tu intelligis quid hic narrat? 6
Ad lenonem hinc ire pergam. 7
Vapulabis. 10
Familiarem oportet eſſe hunc qui minatur malum. 12
Is ne eſt quem quæro? an non? ipſus eſt. 13
Omnium qui uiuant homo honoratiſſime. 14
Sine controuerſia à Dijs ſolus diligeris. 15
Ita uelim. 16
Quid iſthuc credam ita eſſe? 16
Mihi dici uelim. 16
Satis ne eſt, ſi te delibitum gaudio reddo? 17
Quin tu hinc pollicitationes aufer. 18
Rectà domum ſumus profecti. 20
Ponè apprehendit me pallio. 24
Suſpenſo gradu ire perrexi. 28
Acceſſi, aſtiti, animam compreſſi, aurē admoui. 28
Pulcherrimum facinus audi. 30
Penè exclamaui gaudio. 31
Aliquid credito eſſe cauſæ. 35

Me cenſen potuiſſe omnia intelligere intra oſtium intus quæ inter ſe ipſi egerint? 36

Ego quoq; audiui illam fabulam. 38

SCENA SEPTIMA.

Re ipſa reperi. 6

Nunc geſtus mihi, uultusq́; eſt capiendus nouus. 7

Hinc concedam in angiportum. 8

Quo me aſsimulaueram ire non eo. 10

SCENA OCTAVA.

Dijs magnas merito gratias habeo, atq; ago. 1

Euenere hæc nobis proſperè. 2

Nos ad te ibamus. 6

Quid ad me ibatis? 8

An uerebamini ne non id facerem quod recipiſſem ſemel? 8

Curaui ut mihi eſſet fides. 12

Eſt ne liberalis? 12

Ita ut par fuit. 15

Hic dehortatus eſt me. 17

Qui erit rumor populi, ſi id feceris? 18

Quo ore redibo ad eam quam contempſerim? 19

Non eſt æquum me propter uos decipi. 34

Veſtri honoris cauſa. 35

Tantundem dotis dabat. 36

I in malam rem. 37

Etiam credis te ignorari, aut tua facta? 38

Irritor. 39
Fac periculum. 40
Quid id noſtra? 47
Eam clam educat. 50
Obſecro ne facias. 51
Oh tun is eras? 52
Vt ludos facit. 52
Miſſum te facimus. 53
Quid me ludificamini? 55
Quo pacto, aut unde hæc hic reſciuit? 59
Me dixiſſe nemini, id certo ſcio. 60
Monſtri ſimile. 61
Inieci ſcrupulum. 61
Emori ſatius eſt. 63
Animo uirili præſentiq; ſis. 64
Vides peccatum tuum eſſe elatum foras, neq; iam id celare poſſe te. 65
Hunc imparatum poterimus noſtro modo ulciſci. 69
Gladiatorio animo ad me adfectant uiam. 71
Vereor ut placari poßit. 72
Ego redigam uos in gratiam. 73
De medio exceßit. 73
Itàne agitis mecum? 75
Satis aſtute adgredimini. 75
Tanta ne affectum hominem quenquam eſſe auaritia? 84

In

In id redactus ſum loci, ut quid agam cum illo neſciam prorſus. 86

In ius eamus. 88

Ita ne agitis? 92

Niſi ſequitur, pugnos in uentrem ingere. 95

Vel oculum exculpe. 96

Eſt ubi uos ulciſcar locus. 96

## SCENA NONA.

Quis nominat me? 1

Quid iſthuc turbæ eſt obſecro? 1

Quid nunc obticuiſti? 2

Hercle ubi ſit neſcit. 4

Caue iſti quicquam credas. 4

Pergin credere? 7

Quid obſecro huic credam, qui nihil dixit? 8

Delirat miſer timore. 8

Non temere eſt quod tu iam times. 9

Factum eſt abs te ſedulo. 12

Non opus eſt dicto. 14

Scito huic opus eſt. 14

Dij melius dent. 16

Proh Dij immortales facinus indignum & malum. 19

An quicquam hodie eſt factum indignius? 20

Ad uxores uentum eſt. 21

Vinolentus ferme ab hinc annos quindecim mulierculam eam compreßit. 28

E medio abijt. 30
Fit in re hac ſcrupulus. 30
AEquo animo hoc feras. 31
Quid ſperem? 33
An mea forma atq; ætas nunc magis expetenda eſt? 35
Quid mihi nunc adfers? 36
Quamobrem expetem aut ſperem fore? 40
Iam ſupplicij ſatis eſt mihi. 40
Quid ego nunc commemorem ſingillatim. 40
Noui æque omnia tecum. 43
Marito ne hoc meo uidetur factum? 44
Minime gentium. 44
Accuſando fieri infectum non poteſt. 45
Quid uis amplius? 46
Prius quàm huic reſpondes temere audi. 48
Quo ore illum obiurgabis? 53
Faciet, ut uoles. 54
Iam ſcias meam ſententiam. 54
Eius iudicio permitto omnia. 56
Quod is iubebit, faciam. 57
Benigne dicis. 62
Me ad cœnam uoca. 64
Eamus intrò hinc. 65

SEN.